

et modis varijs exeratandi. Ipsa est autē priores ascensiones pmouens & adiuuans rectificās et preparans sine qua nullus potest in premissis ascensiōnibus ambulare.

De quibusdam vicia deserentibus et se ad alia spiritualia cōferentibus et de origine affectionis. Ca. xlix.

Esrauerunt igitē nōnulli et direc tam viā ciuitatis habitaculi non inuenierunt qui dimissis in se vicijs regnantibus ceperunt per magnas deuocōnes et alta & ardua exercitia spiritualia ascendere. Nam qua hora nō putabāt hostium insidios et venatorū laqueis supplantati sunt. seroq; sunt expti q; nō est tutum cohabitare serpentibus cōcupiscenciā et motibus habituatis vicioꝝ. Siquidē vt ait beatus Greg⁹. Non nulli ordinē certamī ignorantes edomare gulam ne

gligunt et iam ad spūalia cōsurgunt
et multa sepe q̄ magne sunt fortitudi-
nis faciunt et tamen postmodū p car-
mī illecebrā omne qđ fortiter egerūt
pount . et dum venter nō restrīgiē
p carmī cōcupiscentiam simul cuncte
virtutes obruūtur Et eodē modo dīcē
dum de alijs viens . Hec est aut̄ tutissi-
ma via . in hoc securissima deuocio . dul-
cissima et pura affectio . cum videlicet
in ordīnatis affectionib⁹ ab anima re-
pulsis delectamur actibus virtutū int̄-
mīs . Hoc enī est vere in dño delectari
in caritate scz castitate et humilitate
Aliie vero interdū deuotiones possunt
esse deceptorie . Sane ut sup̄ hoc q̄ptū
ad presens sufficit habeat̄ aliq̄ discre-
tio **Sciendū** q̄ deuocio in xposito dīcē
dulcis quedā affectio vel inclinatio af-
fectuosa ad bonū vel iūtatio quedā;
dulciter trahens affectum . Talis autē

m 1.

delectatio vel affectio potest esse duplex
vel dupliciter oriiri sicut ad ppositum sufficit. Nam est interduum talis affectio subito venies et cito transiens quis non nunquam vehementer concutiens. Et ista videtur oriiri ex desiderio alicuius appetibilis vel amabilis Verbi gratia. Cum homini aliquod delectabile pponitur siue ab extra per auditum siue ab intra per suggestionem. statim affectio amoris ad hoc trahit quem deinde sequitur motus ad persequendum et dicunt desiderium. vel fuga ad repellendum et dicunt odium. Et isto modo sepe incipientes habent deuoci nem ad bonum vel de malo et dulcem in clinacione saluo dono dei quod desuper frequenter infunditur. imo vero hoc modo sepe homines secularissimi et in peccatis mortalibus existentes habent tales affectiones. maxime autem mulieres et homines molles leviter secundum appetitum

mobiles et scđm desideriū agitabiles.
frequenter em̄ tales cum audiunt de
regno celorum cōmouentur desiderio
cupientes dissolui et esse cum christo.
Sed et vana glōria sepe vehementer de
siderium īgerit dulce et quasi melle
intoxicato līmitum. **H**oc mō afficiunt
homines vam̄ audiētes legi de aliquo
forti preliatore ad quem ppter fortitu
dinez auditam amor eorum fuit inclū
natus. **V**nde cūm talem postea audi
unt victū vel occasum misericordia cō
mouentur et non nunquaz vam̄issime
lacrimantur. **E**t multi sicut de facili
concipiunt interdum et momentaneū
et subitanum ad aliqd bonū affectū.
ita econtra subito alium recipiunt af
fectum ad mundū vel ad carnem gule
vel luxurie. **V**nde multi homines deci
piuntur quorundā tales affectiones
quasi magnas deuotiones multifarie

extollentes **V**erū eciam et si huiusmodi
affactus fuerit circa gloriosam carnez
christi nequaquam in eo meritum carita
tis vel vere deuocōnis cōstare arbitra
dum est. sed in tantū esse vtilem et ar
ripiendū quantū inordimatas affectio
nes et passiones viciosas p ipsum ex
stirpamus vel extinguiimus ut supra
eciam fuit tactum. **N**ec tamē talis affec
tus respuendus est sed regēdus et in
āmīnūlūm caritatis et contra vicio
sas affectiones in adiutorium est assu
mendus. sed meritū caritatis et vere
deuocōnis in eo nō est collocandū vel
ponendū. **V**n hugo in libro de amore
Nec putas quod secundū momentaneos af
fectus dei estimandus sit amor. sed po
cius secundū continuā huāne voluntatis
qualitatē. **M**ulti autē hic decipiuntur
meritū et pfectiōne in hac dilectione
vel inclinacōne affectuosa requirētes

Sed ut ex dicta origine et causa con-
siderare poteris affectuosa dilectio vel
talis dulcis inclinatio etiam circa carnem
christi vel quecumque huiusmodi interdu-
plus afficit minus diligentem et minorem
perfectionem Non enim tantum diligit quisque
quantum hanc dilectionem sentit et quantum
sibi in illo statu diligenter videtur sed quantum
in virtutibus in humilitate videlicet et
patencia alius quam virtutibus et caritate
fuerit fundatus et in seruandis maledic-
tis fidelis habetur. Talis autem dulcis affec-
tus in deum etiam interdum carnalis est
et fallax et humanitatis potius quam gre-
cordis quam spiritus. sensualitatis quam raci-
onis ita ut magis accendat ad minimum
bonum et minimum ad maius. et ad id quod sa-
pit amplius quam ad id quod expedit. Est
autem alia deuotio cum iam verbi gratia
post longa certamina post multa exer-
titia diuina cooperante gracia iam ipsa

m m

vicia imperio racomis subegit . indu-
tus quodāmodo naturali affectu boni
et dulciter in eis delectans et requies-
cens . Nec non est transitoria sed quo-
dāmodo medullis anime infusa et p-
habitus virtutum in anima radicata.
semper p̄mpta ad dei beneplacita ad
implenda siue ad q̄libet agenda siue
sufferenda . si hoc fit cum dulci affectio-
ne et delectacione . Ipsa est vera deuo-
cio et voluntatis cōtinua et pmanens
qualitas penes quam amor debet esti-
mari Quantū vicia extinguis quantū
in virtutibus profici . tantum in hac
deuocōne nisi a deo tibi dispēsatorie
subtrahatur .

De tribus necessarijs hys qui volūt
legitime cōtra vicia preliari . videlicz
strenuitate . seueritate . et bēngm-

Itate . Capl . I .
Tag noli triplum deciper e nōis